

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

In lib. IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131303)

ronicus Christianus in dialogo de immortalitate anime.

Manus tendimus.) Hoc etiam Aristoteles in libro de mundo agnoscit: *Ευεμπροσθετοι δε χειρ εστι δινος τλω αυτ χειρας δινδιδος χειρ η δ αυτες οι αυθροτοι αυθροτοι αυτ χειρας εστι τω η ογοτοι εχεις αυθροτοι* Et c. Hoc est, confirmant hoc etiam viventes omnes; Quippe qui Deo summam attribuunt locum, Omnes enim deprecantur ad coelum manus tollimus. Unde toties est hoc repetitum apud Homerum, *ητοι η χειρας αυθροτοι* Et apud Virg.

Et duplices cum voce manus ad sidera tendens.

IN LIBRUM III.

Quoniam in secundo nihil non aperitum est.
De quibus lis est, relinquere jubet.)

IN LIB. IV.

Implent canonem.) Summa cum elegantia dictum hoc est. Servi ita demensum suum accipiunt, ut interea tamen strenue cogantur esurire. Ratio loquendi desumpta est a canone frumentario. Ceteris memini Asconius, Pedianus, Suetonius, Lampridius, Spartianus, & alii. Extat etiam lib. XII. Codicis, Tu. de canone frumentario urbis Romae.

Si extra conscientiam suam sunt.) Hinc pertinet vulgata illa D. Hieronymi regula, ubi generalis disputatio de vitiis sit, ibi nullius persone injuriam esse, neque quonquam acerbius reprehendi quasi

quasi malus sit, sed omnes admoneri ne sint mali.
Sic Martialis,

Hunc fervare modū nostri didicere libelli,
Parcere personis, dicere de vitiis.

Naturæ admirabilis gemmas.) Nempe magnetem lapidem, de quo Lucretius ita scribit in 6.
Quæ magneta vocāt patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finib. ortus, & c.
Meminit ejus prolixè D. Augustinus in 21 lib. de
civ. Dei. Hæc autem Salviani valde quàm elegans
similitudo sumta est ex Platonis dialogo, quo son,
sive de furore Poëtico inscribitur: eam quoniam
Angelus Politianus in nutriciis non infeliciter ex-
pressu, nō gravabor ascribere, Ceu ferreus olim

Annulus, arcana quæ vi magnetis caules
Sustulerit, longam nexu pēdente catenam
Implicat, & cæcis inter se conserit hamis:

Syricorum.) Sic constanter legitur. Quam-
obrem nihil temere vel radere, vel substituere vo-
lui. Qui autem sint Syrica, hæcenus me nec legisse,
nec audisse memini. Apparet tamen aliquot mer-
ciatorum genus, ita dictū fuisse, nisi quis legere ma-
lit ex conjectura, Syrorum, qui celebres aliquando
sunt habiti, auctore Strabone, in omni mercatus
genere. Verum & isthic nihil pronunciaſſe volo, sed
doctorum judicio, ne luem meam faciam, rem-
non ita apertam delego.

Initia nostræ religionis) Hæc omnia non mi-
nus verè quàm graviter confutat Tertullian in Apol.
& Laët. Firmian. non uno loco in libris divina-
rum institutionum. Ra-

Raritas bonorum.) Ita Favonialis,

Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot
Tebharum porta, vel de vitis ostia Nili.

Baogandas.) Dicitio est mere barbara, sed se-
culo suo familiaris ac recepta. ut ejusmodi multa
vocabula Gothorum impressio jam multis regnis
quam etiam lingua latina, colonis intuli. Sic a. ap-
pellabant transfugos prorsus inculpato, qui ob in-
clemente potentiorum dominationem, ob crebras
intolerabiles exactioes, ad hoc servitutē quavis
morte duriores, ad barbaros profugissent.

Novi nuncii noyarum epistolarum.) Tristi-
manus Imp. lib. 22. Cod. Tit. ult. gravissimam pec-
nam in eos statuit, qui vel bella regū, ubi desinant,
vel ubi victoria feliciter e venerit, aut ubi fastus
honor quibusdam datus fuerit, si compositam pacis
tranquillitatem, si princeps sacros vultus (sic enim
ipse de se loquitur) inbianrib. forte populis inferat,
immodico precio nuncia dixerit, &c. ejusmodi
et vixit nihil aliud fuit, quam pauperum preda.

Capitatio.) Capitacionem novae, sed eleganter
dixit, quando tributa singulis per capita imponun-
tur. Usus est ea voce, nisi me memoria desiciat,
alibi Julius Capitolinus.

Malefica potentis.) Circen veneficam intel-
ligit, qua solebat homines in canes & porcos, &
ejusmodi immunda animalia demutare. De qua
re copiose scribit Homerus, & post eum noster Vir-
gilius. Plutarchus autem in vita Homeri signen-
tum hoc doctissime ut omnia explicet.

hhh

Per-

Personanter.) *Novè dixit, hoc est in personam tantum unius, nemine interea suo nomine notato. Quod Cornelius Tacitus in dialogo de Oratoribus expressit, Neminem nominabo, genus hominum signasse contentus.*

Si fuerit tamen aliquis.) *Respexit ad modestiam illam Virgilianam*

---- si quis tamen hæc quoq; si quis

Captus a ræore legit. *Sic Persius Satyr. 7. Quis leget hæc? min' tu istud ais? nemo Her- Vel duo, vel nemo, &c. (cule, nemo?*

Unum sæpissimè malum.) *Huc pertinet nobilis ille versiculus Hesiodi, ab Æschyme Rhetore ad Versus Timarchum honorifice citatus.*

Admodi ἄνευ ἑὸς πνεύματος ὁ λόγος ἄνευ ὀφθαλμοῦ ἐπινοεῖται.
Admodum.) *Admodum dixit, i. e. praecepit cursu, & proclivatis animis in perditionem ruunt.*

Tribulis.) *Tribuli (vel ut Graeci vocant triboli) sunt machinula ferrea, dolosa, tetragonâ formâ, quæ in quamcunq; partem incubuerint, unum aut plures infestos aculeos protendunt. Val. Maximus, Q. Curtius & Vegetius Muris vocant. Hoc ex fide multorū autorum, uti solet, locupletissimè probat Gul. Budæus in primis in ff. annotationib.*

Odeis.) *Jul. Pollux, & Suetonius Tranquillus agnoscunt idæon, id est, odeum, locum cantoribus destinatum. Odei à Constantio extructi meminit etiam Ammianus Marcellinus.*

Petaminariis.) *Nilil memini me de iis vel ap. Graecos, vel apud Latinos legisse. Jul. Pollux ejusmodi*

modi vocabulorum locupletissimus autor, quod ego
quidem deprehenderim, nusquam mentionē facit
de Peraminariis. Neq; Politianus illos in Panepi-
stemonā suā retulit: apparet autem sic appellatos
fuisse circulatores quosdam, nostrā etiā atate non
incognitos, qui sese volaturos esse promitterent:
quemadmodum funerepi per extensum funem in-
cedunt. [¶] Quod Græcis est volare, unde vox deriva-
ta videri potest: sed & hic libenter cedam, si quis
aliquid doctius, vel quod propius ad rem accedat,
attulerit. Ego quod nec debui, neq; volui, nihil te-
merè immutandum esse arbitratu sum.

Pantomimis.) Sic dicuntur omnium persona-
rum imitatores effectoresq;.

Gigantum.) Res est notior, quā ut de illa
multa dicere debeam, certè gigantes non alios intel-
lexit antiquitas, quā qui contra naturam pugna-
rent, ut est apud Ciceronem in Catone majore, &
Macrobiū lib. Saturnal.

Imminente jam admodum excidio.) Ad-
modum nunc dixit valde quā proximè, & quod
ajunt penè in ipsis foribus.

Thymelicorum.) Thymelici dicti sunt à pul-
pito ubi consistebant, quod [¶] *Thymela* Græcè dicitur. Si-
erant citharædi, citharista, lyrista, & tibicines.
Citharædi qui & fidicines dicuntur, citharæ acci-
nunt, Citharista citharā tantum pulsant, non et-
iam accinunt: thymelici autem in Orchestra a-
ctiones suas peragebant, ut *Jul. Pollux* & Latini
complures auctores testantur.

h h h h 2

Angui-

Anguinum illud monstrum.) Hydram lerna-
nam intelligit, cum qua multum atq; diu con-
stitutus est Hercules. Propter ea quod uno reciso ca-
pitae complura renascerentur.

Mortis imago) Ex Virg. l. 1. Aeneid.

..... crudelis ubique

Luctus ubiq; pavor, & plurima mortis imago.

Est & apud Hieroniam Prophetam cap. 11

Idem genus) *παύσησθε*, ubi in Graeca Latini literis
erat descripta. Sic enim appellat munuscula qua-
piam insigni dulcedine ac suavitate commendata,
quib; pueri non semel ad omne genus obsequi per-
trahuntur, id quod & Quintilianus in 1. elocuit:
& Horatius:

... Ut quondam pueris dant crustula blandi.

Doctores, elementa velint ut discere prima.

Nisi quis alia conjectura aut divinatione dictus
legere male, *παύσησθε*, quae Suidas interpretatur res
in deliciis habitus, & ex omni parte nobis charas.
Sed respicio conjecturam ut mutanda lectio. Et
παύσησθε fere in turpi significatione ponuntur; *παύσησθε*
& *παύσησθε* *παύσησθε* *παύσησθε* habebat
tur ab Imp. in deliciis.

Passivitate) Nove dixit, *παύσησθε* Graecis pas-
sivus est, nimirum is, ut Simplicius in Categorias
Aristotelis docet, in quem passio sive affectus ali-
quis ferendi, tolerandi ve cadere possit. Unde facile
licebit assequi, quid passivitatem intelligi velit,
quanquam hic impure rei attribuitur.

Maritum gregum.) Apud Virg. legimus, Vir gre-
gis ipse caper. Et Papinius dixit, Stabilius maritum,

cum

cum de taura admissario. h. e. ad initium elef. lo-
queretur. Cic. in Pison. admissivum pro homine
pervagat a libidinibus posuit. Lucanus autem mariti
vocabulo valde quam honeste usus est. lib. 2. Pater
est, urbiq; maritus. Cum de Catone loqueretur,
qui Rempubl. Romanam quasi conjugali fide ac a-
more complectebatur.

Sardoniacis herbis.) Hoc Erasmus roster in
Adag. Chiliadib. locupletissime interpretatus est,
quam obrem Solani tantum verba asserunt. Is in
Polyhist. c. 10. ubi de Sardinia agitur scribit. Hinc
incommodo accedit & herba Sardoniac. quae in de-
fluvis fontancis provenit justo largius: ea si edulio
fuerit, vescentibus ne vos contrahit, rictu ora di-
ducit, ut qui mortem appetunt, velut ridentium
facie intereant. Sic Pacatus in Panegy. Theodosio
Augusto dicto. Serenos ergo nubilis membris vul-
tus induebamus, & ad illorum rictum qui degu-
stato Sardoniarum gramini succoferuntur in morte
ridere, imitabamur leta mcerentes.

Uter totius fecunditatis.) Sape est ap. Ho-
mer. & Nicand. in Theriac. *ἔφαρ δ' ὄψων* i. e. ubi
terra, quod Diogenes interpretatur. *τὸ πλοῦτον γὰρ ἔφαρ*
φιν ἄλλοις τῆς γῆς, id est, hoc quod terra proferat, &
pinguis & ad alimonia magis appositum. Ita Virg. 3. *En-*

quae vos à stirpe parentum

Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto

Accipiet reduces.

Paradisi imaginem.) Eam Homerus in descri-
bendo horto Alcinoi expressit, ut scribit Justinus
Martyr & Philos. in Apolog.

hhhh 3

In

In miserationem hostium.) Elegans & mirè
scita sententia, omnibus supplicis, ac gravissimis
quibusq; exemplis acerbiorē esse pœnam, te mise-
rum esse, ut ab hostibus etiā miserationem extor-
queas. Sic Diomedes apud Virg. lib. II. En. volens
ostendere quicunq; tandem Trojano excidio inter-
fuissent, cum nullo non malorum genere conflictato-
ros fuisse. Quæ res Priamo etiā hosti miseranda
videri potuerit. Sic autem loquitur,

Quicunq; Iliacos ferro violavimus agros
(Mitto ea q̄ muris bellando exhausta sub altis
Quos Simois premit ille viros) infusa p̄ orbē
Supplicia, & scelerū pœnas expēdim⁹ omnes,
Vel Priamo miseranda manus. Quod Servius
ex illo Pâcuvii sumptum p̄ utat,

Si Priamus adesset, & ipse ejus cōmiserescere
(Inviolentia) Novè dictum, sunt enim qui
velint aliis prodesse, ac si interea minime sunt n-
levoli, quoniam non male volunt, sed non volunt
ut ita dixerim.

Viris nihil magis pudori.) Ulpianus etiā
jureconsultus in 2. tit. de auro & argento legato
docet: ut quæ muliebria censeantur, virum (si sal-
tem id vult esse quod dicitur) non facile uti posse si-
ne reprehensione, Unde & eleganti proverbio du-
simus, Herculem in Lydia, qui cultu indecoro, &
sibi neutiquam accommodato utitur: veluti si sacer-
dos militari sago, miles autem sacris illis vestibus
uteretur. Notum est enim, quā parum viriliter
Hercules apud Omphalien servierit.

Ipsa

Ipsa infelicitas.) Ita Annibalis vires infregit
rerum omnium in Campania exuberantia, ut Li-
vius scribit.

Secundâ non mutant,) Salustii sententia est
res secundas etiam sapientum animos fatigare. Et
Livius scribit, raro simul & bonam mentem, &
bonam fortunam hominibus à diis immortalibus
tribui. Proinde felicissimus is esse dicitur ab Ari-
stotele, cujus fortune sapientia, & sapientia for-
tuna suppetit. Sic Virg. in X.

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ
Et servare modum rebus sublata secundis.

Lixis.) S. Pompejus lixas interpretatur, qui
exercitum sequantur quasi gratia. Sic autem di-
cti sunt, quod extra ordinem militum sint, eisq; li-
bera quod libuerit: ejus autem obscœna impuritatis
cujus hic mentionem facit Salvianus, meminit
Quintilianus in declamationibus.

Exclamare super vires meas.) Ita Socrates in
Cleitophonte Platonis dialogo, & Crates apud Plu-
tarchum de liberis educandis, ex altissima urbis
parte tanquam ex tragica quadam machina, in-
ania studia & perditissimorum hominum vitia
reprehendunt.

Quæ in se dulcedinem.) Respexit ad prover-
bium, τὸ σῦν ὄνγ, τὸ σὺν ἀφῶ σὺν ἀφῶ λίγῳ. Ficus
ficus, ac lignonem appellans lignonem.

Uxorem, inquit Socrates, propriâ nullus ha-
beat) Locus est apud Platonem lib. 5. de Rep.

Libros condidit.) Nusquam certe vel apud
Gra-

Græcos aut Latinos scriptores invenio. Socrate ali-
quid scripsisse, ac ad posteritatem transmississe. At
Plato in uno loco fatetur ingenie sese nihil aliud
scripsisse, quam quod ex Socratis dissertationibus
acceperit.

Cœlestem.) Tertull. in Apol. cap. 23. cœlestium
Africe Deum nominat, nos in Salviano nihil im-
mutare volumus, qui cœlestem eum, uno inesti-
mum scelus appellat. Est autem aliis non infelix
anonymo in duabus illis dictionibus cœlestus
& sceleratus.

Taureis.) Sic appellat lora ex tauro corio de-
secta, quibus lorarii noxios cadebant.

Coitus.) Conventus ita vocavit, & ejusmodi
improborum conventicula.

JOAN. BRASSIC. ANNO-
TATIONUM

In VIII. libros Salviani Massiliensis Episc.

FINIS.

